M0004106: Page from Chyrurgia Albucasim, Albucasis (Surgical Treatise, Al Zahrawi)

Publication/Creation

14 December 1934

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/z6ujszah

License and attribution

Conditions of use: it is possible this item is protected by copyright and/or related rights. You are free to use this item in any way that is permitted by the copyright and related rights legislation that applies to your use. For other uses you need to obtain permission from the rights-holder(s).

wellcome collection

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Forma impellentis quo impellitur fetus.



Forma almiſdac qua conteritur caput magnū: ⁊ aſſimilat forpici: cui ſunt dētes in extremitate ſicut vides. Et quāq̄ ſit oblungum ſicut forpices ſm hanc formā ſicut vides cui ſunt dētes ſicut dentes ſerre quo inciditur ⁊ conterit.



Forma almiſdac quo conterit caput paruum.



Forma vncini habentis ſpinam vnam.



Forma vncini habentis ſpinas duas.



Forma forpicis cui ſunt dētes ſerre cū q̄ conterit caput fet⁹





For° ſpatūilis hñtis duas extrēitates ad abſcidēdū caput



Forma duoꝛum ſpatumiliū etiā latoꝛum.



Iſta inſtrumēta omnia exercētur: ⁊ quāto plus multiplicantur ſpecies eoꝛum: ⁊ preparata ſunt apud artifices ē velocioꝛ ad operationē ſuam: ⁊ altioꝛ apud homines propter quātitatem ſuam. Non ergo deſpicies ex eis inſtrumentum quin ſint apud te preparata. Inexcuſabilis eſt enim neceſſitas eoꝛum.

De extractione ſecundine. CAP. LXXVIII.

Quando retinet ſecundina apud partū. tunc opꝫ vt p̄cipias infirme vt retineat anhelitū ſuum. Deinde fac eā ſternutare cū cōdiſi: ⁊ ſtringe manū tuā ſuper os ei⁹ ⁊ nares ipſius. ſi ergo egredit p h̄ bonū ē. Si nō. tūc accipe ollā ⁊ pfoꝛa in coopertoꝛio foramē: ⁊ pone in ea herbas aperientes os matricis: ſicut calamentū rutam: ⁊ anetū: ⁊ camomillā: ⁊ ſchā: ⁊ caſſiā ligneā: ⁊ centaureā. accipe omnes iſtas herbas: aut quaſdā earum: ⁊ ſubmerge eas cum aqua: ⁊ pone eam ſuper ignē: deinde pone embulā arundinis ſuper foramen coopertoꝛij olle: ⁊ extremitatē aliam in os matricis: ⁊ teneat eā donec perueniat vapoꝛ ad concauitatem matricis. deinde fac eam ſternutare ſicut diximus. ſecundina enī egredietur cū facilitate. Si autem remaneat poſt hanc curationē ⁊ non egrediatur: tunc precipe obſtetrici vt ſubmergat manum ſuā in oleo ſiſamino: aut mucillagine altee. deīde intromittat in vuluam: ⁊ querat cum ea ſecundinam. Cum ergo inuenerit eam: tunc accipiat eā ⁊ extendat ipſam paulatim. Si autem fuerit annexa in profundo matricis: tunc intromittat manum ſm qd̄ narrauimus. donec quando inuenerit ſecundinam ⁊ extrahat eā paulatim ſm rectitudinē: vt non cadat matrix apud attractionē vehementē: immo opoꝛtet vt permutetur cum facilitate ad latera dextra ⁊ ſiniſtra. deinde addatur in quātitatē attractionis. Ipſa enī obedit: tunc ⁊ ſeruatur: ⁊ euadit ab adherētia.

Qz ſi os matricis eſt coartatum ſicut nos iam narrauimus: cura eam cum ſternutatione: ⁊ ex medicatiōe olle cum herbis. Si aūt non egreditur cum omnibus que narrauimus: tunc caue ne fatigeris ſuper eam in iteratione extractionis. Verū opoꝛtet vt qd̄ egreditur ad os matricis ex ea liges ad coxā mulieris. deinde cliſterize eam cum vnguento tetrafarmacon. Ipſū enim putrefaciet eam poſt dies ⁊ diſſoluetur ⁊ egredietur. Verumtamen quando putrefit eleuatur ex ea odoꝛ malus ad ſtomacū ⁊ caput ⁊ ledit illud infirmam. Opoꝛtet ergo vt adminiſtrentur ſuffumigationes conuenientes ad illud. Quidā autem antiquoꝛū iam experti ſunt ſuffumigationē naſturcij ⁊ ficuum ſiccarum. Forma inſtrumenti quo ſuffumigatur mulier apud retentionē ſecundine ⁊ menſtruoꝛum. Fiat ex vitro ſiue alcama: aut ex ere: ⁊ ponat extremitas ampla ſuper ignē: ⁊ ſuffumigatio ſit poſita ſuper prunas teneat eam donec conſumatur illa ſuffumigatio ⁊ itera aliam.



De curatiōe ani nō perfoꝛati. CAP. LXXIX.

Naſcunt multi pueroꝛū ⁊ ani eoꝛū ſunt nō pfoꝛati: quos iā opilauit ſifac ſubtile. Opꝫ ergo obſtetrici vt pfoꝛet illud ſifac digito ſuo: ⁊ ſi nō: perfoꝛet ipm cū ſpatumili acuto ⁊ caueat lacertū ne tangat eū: deinde pone ſuper ipm